

Generatio simplex est quando totum compo-
situm ex materia & forma transmutatur in to-
tum: nullo scibili subiecto remanente in eo
dem.

Qualitas symbola eadem manet in generato &
corrupto. s. specie.

Ex nihilo nihil fit.

Passiones non sunt separabiles a subiectis.

Generatio vnus est corruptio alterius & econ-
uerso. & propter hoc sunt perpetue.

Quod non est cognitum non est ens.

Præ. i. materia prima est proprie subiectum
corruptionis & generationis.

Materia non est quantitas: sed est id cuius ter-
minus est quantitas.

Materia nunquam separat ab omni forma.

Omne agens naturale in agendo reparatur si
communicat cum eo in materia.

Agens & patiens in principio sunt dissimi-
lia. in fine vero similia. scilicet dissimilia in
genere. similia in specie.

Agens & patiens non agunt nisi approxiata.

Finis non agit nisi methaphorice.

Habitus presentibus in materia cessat motus.

Elementum est ex quo componitur res primo &
manet in ipsa.

Elementa non manent immixto in actu. sed
virtute.

Mixtio est miscibilium alteratorum vnio.

Commentatoris.

Omnis ens naturaliter est cognitum
a nobis: & quod non est cognitum a
nobis: non est ens naturale.

Non est credendum quod magister iste. s. Aristo-
teles: aliquid sine forma ratione dixerit.

Alberti magni.

Quid mihi de miraculis diuinis cum
de natura loquar.

Compositio secunda præsupponit com-
positionem primam.

Compositio prima est causa compositionis se-
cunde.

Prima compositio est materia cum forma. se-
cunda compositio accidentis cum subiecto.

Substantia composita que de se desingnabilis
est in predicamento magis & minus non sus-
cipit: sed substantia simplex que est forma ele-
menti magis & minus suscipit.

Secundi de generatione & corruptione.

Elementa sunt actiua & passiuæ ad in-
uicem: que sunt eiuſdem generis.

Calidum congregat homogenea. &
disgregat heterogenea. sed frigidum congre-
gat vtrunq;

Humidum est male terminabile termino pro-
prio: sed bene alieno. & siccum conuerso.

Calidum. frigidum. humidum. & siccum: sunt
prime qualitates ad quas omnes aliene re-
ducuntur.

Quattuor sunt elementa. s. terra que est frigi-
da & sicca. aqua que est frigidat humidat. aer
qui est calidus & humidus. ignis qui est cali-
dus & siccus.

In habentibus symbolum. id est similitudi-
nem facilius est transitus: quam in non ha-
bentibus simbecium.

Facilius est transmutare vnum quam multa.

Flamma est fumus ardens.

Impossibile est infinita pertransire.

Necessarium est corpora mixta ex omnibus
constare elementis & non ex vno tantum.

Ex eisdem sumus & nutrimur.

Materia est causa quare aliqua possunt esse &
non esse.

Ignis est contrarius aque: & aer terre.

Materie est pati: agere autem alterius. scilicet
formæ ignis.

Ignis sine superiori agente. s. celo deterius agit
quam organum artificis sine artifice.

Motus celi & aliorum planetarum in obliquo
circulo est causa generationis & corruptionis
rerum infirmarum.

Contrariorum contrarie sunt cause.

Idem manens idem: aptum natum est face-
re idem.

Generatio & corruptio sunt perpetua.

Adueniente sole animalia redibunt: recedente
vero peribunt.

Præ. i. & tempus vnus cuiusque naturam ha-
bens generabilibus & corruptibilibus: me-
suratur certa periodo. i. certa revolutione &
mensura sed tamen quedam longior quedam
breuior.

Natura semper desiderat id quod melius est.

Melius est esse quam non esse.

Impossibile est omnia semper remanere vel

redire eadem numero: propter longe dista-
re a primo principio.

Deneratio & corruptio perpetua sunt circulari-
ter & non s'm rectitudinem.

Dominus & animalia nō reuertunt in seipso

Quorū substantia deperit non rediunt vel re-
manent eadem numero sed specie.

Formae rerum sunt in terminis.

Commentatiois.

Concauū orbis lune est cū forma ignis
Tempora anni currūt circulariter pro-
pter motū solis circularē.

Propositiones vniuersales Aristo-
telis libri primi meteororum.

Mundus constat ex quattuor elementis.
Totus iste mundus in seibus continu-
us est latitudibus superioribus celi: vt to-
ta virtus eius inde gubernetur.

Modus celi est perpetuus & est principium &
causa omnium motū inferiorum.

Terra est multum minor quibusdam celestibus
& aqua multo minor celo.

Valde puerile est putare vniquodq; astrozum
esse ita paruum sicut apparet aspicientibus.

Eadem est proportio partis ad partem & totū
ad totum.

Ex vno pupillo aeris fiunt decem ignis & sic
de aliis.

Elementa adinuicē habent propositiones.

Quanto locus est frigidior: tanto in eo magis
fiunt nubes.

Non ex omni aere nata est fieri aqua: s; solum
ex eo qui est veuit vapor.

Por est aqua disgregatio: & natura eius est
calida & humidā.

Exaltationis natura est calida & sicca.

Corpora celestia motu suo generant calores in
istis inferioribus. ipsa tamen calefieri non
possunt quia non sibi capiunt peregrinos im-
pressiones.

Aer & ignis sub spera altissimorum motū mo-
uentur circulariter.

Duper est exaltatio. vna vaporosa que voca-
tur vapor. alia fumosa que vocatur exaltatio.

A calore solis eleuatur hypercauma id est ex-
altatio calida & sicca vsq; ad supremā regio-
nem aeris.

Flamma est spiritus sicci ardozis.

In hypercaumate materia lata & longa vocat
stipule ardentis. Materia solum longa sed
inflamata plus s'm longitudinem q̄s lati-
tudinem & simillas quodammodo vocatur ca-
pse fantes. Non simillas vero vocantur
dali. Sed materia successiue ignita & modi-
cū durans si dus volans vocatur.

Omnes impressiones ignite generantur sub
luna.

Cometa non est stella. sed est impressio quedā
aeris.

Nunq; fuit visa stella erratica preter soles.

Stelle propter distantiam a nobis nō apparēt
maiores neq; simillimas sed fere in diuisibi-
les. comete aut apparēt maiores & minores

Cometa generatur ex exaltatione calida & sicca
ab istis inferioribus vsq; ad supremā regio-
nem aeris eleuata & ibi inflamata & si figura-
ta fuerit vocatur stella comata & si figura-
ta sit s'm longitudinem dicitur stella barba-
ta vel caudata: & quādo exaltatio est debilis:
dicitur s' d' volans aut cadens.

Stella in suo motu videtur sed cometa dicitur
quādo materia ē grossa & manens & moue-
tur ad motū astri sub quo est.

Salaria est circulus lacteus ex exaltatione mul-
ta calida & sicca vsq; ad supremam regionem
aeris per motū stellarū eleuata generatus.

Secundū meteororum.

Quādo congelatur nubes fit nix. sed cū
congelatur vapor fit prima. sed quan-
do congelatur pluuia fit grando.

Interiora terre ratione animalium est te sunt
frigida. hyeme vero calida.

Contrarium circumstans suū contrarium fortifi-
cat ipsum per antipistasm. i. per resistentiā.

Dulce propter leuitatem ascendit. amara prop-
ter grauitatem descendit. ē ergo pluuia dul-
cis. & mare amara: vel asium.

Tertium meteororum.

Humidum nō est sine sicco. nec siccu sine
humido.

Aque magis stant de nocte q̄ de die: q; va-
pores eleuati & in pluuiam conuersi sole re-
cedente cadunt.

Ventus est vapor terre. aeris superiora tran-
scendens. cuius fortiter percussio impel-
lens. & lateraliter mouetur quādo pellit a me-